

brem antecedunt. In primis tamen illud considerandū est, nunquid sepius horum aliquid eueniat: ac ideo neq; corporis ulla difficultas subsequatur. Sunt enim quædam proprietates hominum, sine quarū notitia non facile quicquam in futurum præfagiri potest: Facile itaq; securus est in his aliquis, quæ sepe sine periculo euasit. Ille sollicitari debet, cui hæc noua sunt: aut q; ista nunq; sine custodia sui, tuta habuit.

Quæ bona in ægrotantibus signa sint. Caput III.

Bi uero febris aliquem occupat: scire licet non periclitari, si in latus, aut dextrum, aut sinistrum, ut ipse uisum est, cubat: cruribus paulū reductis: qui fere sani quoq; iacentis habitus est: si facile conuertitur: si nocte dormit: si inter diu uigilat: si ex facili spirat: si nō cōstitatur: si circa umbilicum, & pubem cutis plana est: si præcordia eius sine ullo sensu doloris æqualiter mollia in utraq; pte sunt. quod si paulo tumidiora sunt: sed tamen digitis cedunt, & nō dolent: hæc ualetudo, ut spacium aliquod habebit: sic tuta erit. Corpus quoq; quod æqualiter molle, & calidum est: quodq; æqualiter totum insudat: & cuius febricula eo sudore finitur: securitatem pollicetur: quando iam ad sanitatem uenit corpus. Sternutamentum etiā inter bona indicia est. Et cupiditas cibi uel à primo seruata, uel etiam post fastidium orta: neq; terrere debet ea febris, quæ eodem die finita est: ac ne ea quidē, quæ quamuis longiore tempore euasit: tamen ante alterā accessiōnem ex toto quiescit sic, ut & corpus integrum, quod ei liquoris græa uocant, fieret. Si quis aut incidit uomitus, mixtus esse et bile, & pituita debet: & in urina subsidere album: leue, æquale sic, ut etiam si quæ quasi nubecula innatarint: in immum deferantur. At uenter ei qui à periculo tutus est, reddit modo mollia figurata eodē fere tempore, quo secunda ualetudine assueuit: modo conuenientia his quæ assumuntur. peior cita aliuis est. Sed ne hæc quidem terrere protinus debet: si matutinis temporibus coacta magis est: aut si procedente tempore paulatim contrahitur, & ruffa est: neq; foeditate odoris similem alium sani hominis excedit. Ac lumbricos quoq; aliquos sub fine morbi descendisse nihil nocet. Si inflammatio in superioribus partibus dolore, tumoremq; fecit, bonum signum est. sonus uentris inde ad inferiores partes euolutus, magisq; etiam si sine difficultate cum stercore excessit.